

- Pyrrichius**: nec posterior aliud, quàm Pyrrichius & Iambus. Alij legunt, Pæon. Vide suo loco.
- Pæan**, nomen patris Philoctetæ. Sed ea appellatione melius per æ, quàm per ε scribetur. Hinc Pæantius, & Pæantiades.
- Pæantius**, Adiect. (πααντιος) ut, Heros Pæantius, Philoctetes Pæantis filius. Ouid. 1. de Remed. amor. 23.
- Genus Pæantium**. Seneca Herc. Oeth. 11. 14.
- Pæantides**] πααντιδες, Gemme sunt, speciem habentes a qua glaciata, quæ in Macedonia circa Thirestæ sepulchrū inueniuntur. Pregnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eadem & Gemonides dicuntur. Author Plin. lib. 37. cap. 10.
- Pædagia**] uocat Seneca ubi pueri uehebantur, epist. 124, Omnium pædagia, inquit, oblita facie uehantur, ne sol, ne frigus teneram cutem ledat.
- Pædagium**] alio nomine logisterium: Locus est, in quo milites recensentur, ipsiq; stipendia numerantur: quanquam est & diribitorium, ministrorum quoque, id est, locus in quo obuersantur ministri: qui quoniam Græcè dicantur pædes, Pædagium Plinio iuniori in Epistolis uocatur: Puer, inquit, in Pædagio mixtus pluribus dormiebat. Cælius Rhod. lib. 7. cap. 6.
- Pædagogus**] huius pædagogi, pen. prod. (παδαγωγος) Pueri ductor: παῖς, puer: αγωγός, ductor: cui ducendorum puerorum prouincia datur. Cic. Attico, lib. 12. 250. 2, Sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari uetat.
- Diligendi sunt pædagogi & nutrices**. Cic. de Amic. 64.
- Verfantur pædagogi lites ad auriculas adolescenti**. Author ad Herenn. lib. 4. 156.
- Pædagogium**, huius pædagogij (παδαγωγείον) Locus in domicilio, in quo pueri seruiq; commorantur, qui παῖς uocantur. Plin. epist. 247. lib. 7. ad Suram, Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. Cælius lib. 7. cap. 6. legit, Pædagio.
- Pædagogium**. Hoc uocabulo turpius interdum etiam utebantur, quum eo cœtum puerorum, qui in delicijs habebantur, significarent. Tranquill. in Nerone, Super ingenuorum pædagogia, & nuptiarum concubinatus, Vestali uirgini Rubrie uim intulit. Quo in loco corruptè perperamq; scribitur proagogia, ut & in superiore Plinij loco pædagium. Turnebus.
- Pædagogium**, apud Iuriconsultos, Seruitium atq; mancipium dicitur. Vlpianus in l. quesitum. §. si instructum. ff. de fundo instructo, & instrumento legato, Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, & quum eò uenisset, præstò essent in triclinio, legato continentur. Turnebus hic, Pædagogia, puerorum coctus, id est, seruitia puerilis ætatis, & hinc pueros nobilium ministros, pagios, uelut pædagogianos pueros uulgò solemus appellare.
- Pædagogium**, Schola, siue Ludus literarius.
- Pædagogianus**, n. num: Pædagogiani pueri. Ammianus Marcellinus: In pædagogiani, inquit, pueri speciem purpureis opertus tegminibus.
- Pæderos**] pen. corr. huius pæderotis, pen. prod. (παδέρωτ) Genus acanthi. Plin. lib. 22. cap. 22. Diosc. lib. 3. cap. 17.
- Pæderos**, pæderôtis (παδέρωτ) Gemma est, quam alio nomine Opalum uocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, teste Plin. lib. 37. cap. 6. propter eximiam eius gratiã. παδέρωτ enim nobis puerorum amorem significat.
- Pæderos**, est Vnguenti genus, quo Demetrium uti consueuisse li nendo faciem, Græci scribunt.
- Pædia**] pædie, pen. prod. (παδία) Eruditio, institutioq; in bonas artes, ut docet Gellius: interdum etiam pueritiam &

- ipsam puerilem ætatem significat, unde extat Xenophontis Græci nobile opus de pædia Cyri principis.
- Pædisce**] παδίσκαι, sunt ancille, & prostitute: hinc,
- Pædiscium**] παδίσκειον, prostibulum significat, & impudicarum locum. Cælius lib. 7. cap. 3. Inde attributum efficitur.
- Pædicus**] ca, cum: Pædicæ tibie, sicut & Partheniæ. Puto esse pædicas, lasciuas, quæq; uenerem proritent. Cælius Rhodig. lib. 9. cap. 7.
- Pædomatheis**] παιδομαθεις, Qui à pueris statim discunt, quibus opponuntur Opsimatheis, qui scilicet serius & iam natu grandes ad discendum accedunt. Budæus.
- Pædonomus**] Ingenuorum adolescentum magister. Alex. Alexand. Traianus quoq; adolescentes ad quinque milia bonæ indolis ex omni imperio selectos publicè alis & parentis affectu paribus disciplinis erudiri curauit, ex præcepto Lycurgi, qui ingenuis adolescentibus uirum præesse uoluit peritum ac uigilantem, ex his qui summi eliguntur magistratus, quem Pædonomum nuncupauit. lib. 2. cap. 25.
- Pædotriba**, huius pædotribæ: uel pædotribes, pædotribis (παδοτριβης) Ludi literarij præceptor.
- Pædotribia**] παδοτριβια, dicitur ars exercendi puerorum corpora. unde Aristoteles lib. 7. Politic. præcipit, adolescentes statim gymnasticæ esse tradendos.
- Pædor**] pædoris, pen. prod. masc. gen. (αἰχμώτ, πύπτ) Squalor, illuuiæ, sordes, & omnis immunditia seu putor, in animali præsertim. Lucan. lib. 2. 15,
- longusq; in carcere pædor. Cic. 3. Tuscul. 104, Ex hac opinione sunt illa uaria & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes generum, pectoris, feminum, capitis percussiones.
- Pædor** à Græco deduci uidetur, quo παῖς, id est, pueri dicuntur, qui in illa puerili ætate sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere.
- Membra horrida pædore**. Lucret. lib. 6. 255.
- Longus in carcere pædor**. Lucan. lib. 2. 15.
- Obsitus pædore**. Seneca Agamem. 13. 8.
- Sedet pædor**. Seneca Herc. Oeth. 4. 32.
- Pædidus**, πύπτος (inquit Festus) sordidos significat, atq; obæ soletos. tractum uocabulum à Græco: quia παῖς, id est, pueri, talis sint ætatis, ut à sordibus nesciant abstinere.
- Pegma**] pegmatis. Vide Pegma.
- Pegnum**] παίγιον, Græca uox est, que nobis ludum sonat, uel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: unde Technopegnum, ludicrum quoddam poema ab Ausonio inscriptum est.
- Peminosus**] Vide Peminosus.
- Pæon**] huius Pæonis, pen. corr. (παῖων) Nomen uiri medicæ artis peritissimi, quem Homerus lib. 5. Iliad. scribit curasse Plutonem, grauius ab Hercule uulneratum: à quo Pæonis herba dicitur, quam inuenit.
- Cura Pæonia**. Claud. de bello Getico, 25.
- Pæon**] παῖων, Genus pedis est, siue mensuræ, qua tum poetæ, tum oratores suas dictiones demetiebantur, qui à Diomede quadruplex esse traditur: quorum primus, ex longa & tribus breuibus constat: secundus, ex breui & longa & duabus breuibus: tertius, ex duabus breuibus & longa & breui: quartus, ex tribus breuibus & longa. Cic. 3. de Orator. 101. Probatur autem ab eodem illo maxime pæon, qui est duplex. nam aut à longa oritur, quam tres breues consequuntur: ut hæc uerba, Desinite, Incipite, Comprimite. aut à breuibus deinceps tribus, extrema producta atq; longa: sicut illa sunt, Domuerant sonipedes. atq; illi philosopho ordiri placet à superiore pæone, posteriori finire.
- Pæonia**] παῖωνία, Herba à Pæone medico, qui eam inuenit: